

EBOLA MORBVS TERRIBILIS

IDIBVS OCTOBRIBVS MMXIV


AVXILIARIS NVTRICIS, QVAE MISSIONARIVM EBOLA AGRVM, AB AFRICA ADVENIENTEM, HAC AESTATE IN VALETVDINARIO MATRITENSI CAROLO III CVRABAT, IN MORBVM GRAVEM EVNDEM INCIDIT. POPVLVS NON SOLVM IN HISPANIA SED IN EVROPA ANXIVS EST, QVOD HIC MORBVS GRAVISSIMVS PERICVLOSVSQVE EST.



MORBVS EBOLA IN AFRICA SVRREXIT INTER VESPERTILIONES ET SIMIOS ABHINC QVADRAGINTA ANNIS IN REGIONE EBOLAE, FLVMINIS PARVI, QVOD AFLVIT AD CONGVM, IN RESPVBLICA POPVLARI CONGENSI.

AD EVROPAM ADVENIT

CONSOCIATIO MVNDIALIS SANITATIS ET MEDICI SINE FINIBVS MVLTOS ANNOS ADMONVERANT VT MORBVS EBOLA AD ORBEM TERRARVM ADVENTVRVS ESSET, SED OMNES REGIMENES NIHIL FECERVNT, QVOD HAEC EPIDEMIA IN LONGINQVIS REGIONIBVS FIEBAT. INDAGATORES NONDVM MEDICAMENTA INVENERVNT QVAE HVNC MORBVM SANARE POSSINT.



NVNC EBOLA HVC EST. METV ET PAVORE OMNES RESPVBLICAE AFFICIVNTVR. IN HISPANIA, PRIMO LOCO EVROPAEO IN QVO MORBVS APPARVIT, TANTVM VNVM VALETVDINARIVM PARATVM ERAT, SED OPES AD AEGROS SANANDOS MVLTAE NON ERANT ET OPERARII SANITARII REGIMEM HISPANICVM ET MINISTRAM SANITATIS DE NEGLEGENTIA ET INCAPACITATE ACCVSANT.

ADHVC TANTVM VNA MVLIER AEGRA EST, SED ALII HOMINES, QVI EAM CVRAVERVNT IN VALETVDINARIVM QVOQVE INGRESSI SVNT.

MVLIEREM AEGRAM SANARI POSSE ET HVNC MORBVM TERRIBILEM AD POPVLVM NON TRADI CVPIMVS. PRAETEREA REGIMENES AFRICAM IVVARE AD MORBVM DELENDVM EXSPECTAMVS.